Incipit prologus domino sancto patri
macedonio presbitero Sedulius in christo salutem

Priusquam me venerabilis pater operis mei decreto
volumine censeas, et vitium forsan severitatis obiur-
ges, utpote quod nulla veteris frentus progenie suf-
fultus, tam immensum pascalis maiestatis pelagus
(et vires quoque peritissimus formidandum) parva tiro
lectura cucurrerim, huius apud te facti causas ex-
pro[m]am ut tu me non audacem fuisse probaveris
sed devotum. In pectoris tui portum blanda tranquil-
litate recipias, que gubernante deo celebreris ulla
naufragia pertulisse. Cum secularibus igitur studiis
occupatus, vim pacientis ingenii, quod divinitatis in
me prudentia generavit, non vilitati anime sed inane
vite dependerem, et litteratorie sollertia disciplinae
lusibus infructuosi operis non amorem fidei exerce-
rem, tandem me misericors deus verus conditor omni-
um fabricator mundi aspexit et stultos in me mun-
dane sapientie divinis habere sensus indoluit. Ac-
statim prudentie mortalis ingenium celesti sale con-
divit. Moxque ut cordis oculos interior caligo deseruit.
Sentes dumosi ruris errantia in herbam flore
respiciens reduxi vestigia, totumque in se melioris arbi-
trii cultum illustrati pectoris deo dedicavi, non
presumpcione verum sacrificante molis accipiens.
Sed omnis christi qua leve minus est humili promus

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs103/0010
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg